

Incipit cronica Romanorum pontificum
beati Damasi papae ad Hieronimum presbiterum.

Damasus papa etc.

Innocentius II natione Romanus sedit a. 13. m. 7. d. 8. Hi cum
plures ordinationes suo tempore celebrasset. 10. sue ordinationis
annus in Lateranensi ^{eccl[esi]a} concilio celebravit. in quo episcopis. presbi-
teris. diaconibus et subdiaconibus ut matrimonia non contraherent
interdixit. Contracta quoque ut separarentur sanxit. Artem
etiam illam sagittariorum et balistariorum in eodem concilio
sub anathematis vinculo prohibuit. Obiit 8. Kal. Octobris.

Celestinus II natione Fuscus Castellanus sedit m. 5. d. 16. Obiit
6. Idus Martii.

Lucius natione Bononiensis. et ecclesie S. Fridiani Lucensis
canonicus sedit m. 11. d. 13. Obiit 15. Kal. Martii a. 1145.

Eugenius natione Pyrenaeus sedit a. 8. m. 4. d. 20.

Anastasius natione Romanus episcopus Savinensis. a. 1. m. 4.

Adrianus natione Anglicus. abbas S. Rufi. et Albanensis.